



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P.|| VINCENTII|| BRVNI, SOCIE-||TATIS IESV,|| BREVIS  
TRACTATVS|| DE SACRAMENTO|| POENITENTIAE,**

**Bruno, Vincenzo**

**Coloniæ Agrippinæ, 1598**

**VD16 B 8664**

De Circvmstantiis Peccatorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59993](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-59993)

morari in prava illa cogitatione, ex-  
pressè volendo delectari in illa.

III. Etsi homo non se determinet, nec  
habeat expressam voluntatem se dele-  
ctandi, tamen cum illi obijcitur prava  
cogitatio, & cognitam non abijcit, sed  
immoratur & delectatur in illa, quod  
peccatum propriè vocatur Delectatio  
morosa.

DE NUMERO PEC-  
catorum.

PRAETER species peccatorum,  
confiteri quoque debemus nume-  
rum, hoc est, quoties tale peccatiū com-  
misericimus, & si non meminerimus  
numeri, plus minus quantum memo-  
riæ occurret, aperiendus est. Et si nul-  
lo modo occurrit, dicat quanto tem-  
pore in peccato illo perseverauerit, &  
an solitus sit illud committere, quo-  
tiescumque dabatur occasio, & an oc-  
casio talis quotidie, vel aliquibus tan-  
tum vicibus in hebdomade oblata fu-  
erit, patens faciendo quot vicibus id ac-  
ciderit.

DE CIRCVMSTANTIIS  
Peccatorum.

PRÆ-

16 DE SACRAMENTO  
PRAETER species & numerum  
peccatorum, oportet quoq; confi-  
teri circumstantias, quæ in genere pos-  
sunt reuocari ad quatuor capita.

Quorū primum est, quando circum-  
stantia facit ut peccatum quod est ve-  
niale, fiat mortale, vt si quis ioco quip-  
piam eripuissest alteri, vt prouocaret  
eum ad blasphemandum, aut si fura-  
tus effet vnum album, cum intentio-  
ne plura furandi, si potuisset: quæ vo-  
luntas facit, vt actus qui erat venialis,  
fiat mortalis. Item cum quis facit ali-  
quid cum conscientia erronea, putans  
esse mortale, quod tantum est venia-  
le, nam tali casu fit mortale.

SECUNDVM est, quando circum-  
stantia mutat speciem peccati, vt vide-  
licet actus, qui primo erat vnius spe-  
ciei, fiat peccatum alterius speciei,  
vel duarum specierum. Nam v.g. pec-  
catum carnis commissum cum con-  
jugata, est adulterium, cum religiosa,  
vel per votum obligata, est sacrile-  
gium.

TERTIVM, quando circumstantia  
multiplicat peccatum, nempe, vt idem  
actus plura in se contineat peccata,  
vt si quis vescatur carnis die Ve-  
neris in Quadragesima, aut si quis o-  
pere

pere committens vnum peccatum,  
mente & intentione committat alte-  
rum.

QVARTVM est, quando necessarium  
est explicare circumstantiam propter  
satisfactionem, quam pœnitens debet  
peragere, nempe, cum peccato coniu-  
ctum est aliquid scandalum, aut gra-  
ue dampnum, aut iniuria proximi, cui  
homo forte obligaretur ad satisfactio-  
nem aliquam.

Verum ut homo possit magis in par-  
ticulari cognoscere has circumstantias,  
quas tenetur confiteri, animaduertat  
has 7. circumstantias, præcipue in con-  
fessione aperiendas.

Prima est personæ que peccat, vel cum  
qua peccatur, an sit libera, vel serua,  
virgo, vel conjugata, religiosa, ordini  
sacro vel alij voto obstricta, an affini-  
tate vel consanguinitate cum altera  
persona iuncta.

II. est facti, quod homo committit cō-  
tra legem Dei vel proximi, quantum  
fuerit, verbi causa, furatus multum ne  
an parum, magnam rem an paup'ram.  
An offenderit personam magnæ au-  
toritatis nec ne.

III. est loci, quam tribus casibus opor-  
tet confiteri, nempe, quando homo  
vel

18 DE SACRAMENTO

vel furatus est, vel effudit sanguinem,  
vel semen proprium cum peccato in  
Ecclesia, vel loco sacro.

III. Est mediorum, quibus homo v-  
titur in peccato cōmittēdo, vt an alios  
prouocarit vt socij vel adiutores es-  
sent in peccato committendo, qui nō  
erant parati ad peccandum, aut si ysus  
sit rebus sacris aut alijs rebus vetitis  
ad peccandum.

V. Est Finis, quem homo in peccato  
intendit, vt quando furatur arma ad  
aliquem occidendum, vel occidit ali-  
quem ad furandum vel adulterandū.  
Et similiter, quando quid dicit vel fa-  
cit, ad inducendum alios ad peccatum  
vel propter quemcunque alium per-  
uersum finem & intentionem.

VI. Est modi, quem tenet in peccan-  
do. Num peccarit occulte, ac publice  
cum scandalo aliorum. An inferendo  
vimi, vt faciunt publici prædones, vel  
alijs modis, qui contingere possunt.

VII. Et ultima circumstantia est, Té-  
potis, vt si sub pœna excommunicatio-  
nis prohibitū esset, ne quis certo tem-  
pore furaretur, aut iuraret falsum, aut  
alud peccatum committeret, tali casu  
non esset satis confiteri peccatum, sed  
obligaretur etiam confiteri, quo te m-  
pore peccauerit.

De.

Deniq; etiamsi peccare die festo non sit circumstantia necessario confenda, tamen si quis in præcipuo aliquo festo, ut in die paschæ, die Veneris sancto vel eo tempore, quo homo à Deo singulare aliquod recepit beneficium enorme aliquod scelus patraret, securius videtur si talis circumstantia, que valde aggrauat peccatum aperiatur.

**QVANDO CONFESSIO  
sit nulla & iteranda.**

**PRIMVS** Casus est, Defectus Examinis, quando Pœnitens multis grauatus peccatis, & multo tempore non confessus, ante confessionem conscientiam suam non examinavit, nec aliquod studium adhibuit reuocandis in memoriam peccatis. Quo casu si Confessarius non supplet defectum Pœnitentis, Confessio nulla est: nam necessario aliquod peccatum, quod memoriæ non occurrit, prætermittet, quod perinde est, ac si ex industria prætermisisset.

**SECVN**DVS est, quando Pœnitens in materia peccati mortalis in Confessione mentitur.

**TERTIVS**, quando studio omittit peccatum aliquod mortale, vel quod iudi-